



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XXIX. Diliges Dominum Deum tuum [et]c. Hoc est primum Mandatum  
[et]c. Mar. 12. v. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

di actum in observantia reliquorum mandatorum virtualiter contineri: unde Christus aiebat: *Qui habet mandata mea, & servat, ille est, qui diligit me.* at non continetur formaliter, ut ideo forte Christus non dixerit: *Diligit, sed ille est, qui diligit,* quasi denotando, talem observantiam esse quidem indicum ejus amoris, sed non ipsum formaliter amorem: cum certum omnino sit hos actus amoris impliciti, qui non distinguuntur ab observantia dictorum mandatorum, potius esse actus obedientiae, & obsequij erga DEUM ut Dominum, quam amoris erga DEUM ut finem ultimum. & tamen indubitatum est, etiam ad hos nos obligari, quia jam est sententia damnata tueri oppositum. Verum est, uti praecepta affirmativa non obligant quovis puncto temporis, sed

in debitis circumstantijs, in Confessionis, sacrae Communionis, Eleemosynæ præcepta, in deinceps, quod nos obligat, ad istos explicitos Amoris super quos diximus, que autem sunt circumstantiae? mea sententia, potes frequentissime, *Diligere Deum tuum* &c. Vnde Deum non determinare tibi tempore fit in lege Jejunij, Confessionis munitionis, Eleemosynæ, & simili medi, quia nullum tempus est ne ab amoris debiro. Ceteribus convenient dictum illud: *tempus habent:* huic soli non conatur hoc infficiat in parva declaratione sententia, quia dominum, quashabeat scriptura, pretissima merito non unam mecum pro sui cognitione deposita.

## XXIX.

*Diliges Dominum DEUM tuum &c. Hoc est primum Mandatum.*  
Mar. 12. v. 31.

*C*onsidera, quomodo præceptum die antecedenti à nobis explicatum dicatur primum: *Hoc est primum mandatum: & id quidem triplici ex capite.* I. quia primum est in intentione ejus, qui dat legem. Istud est præceptum, ad quod alia omnia diriguntur. *finis præcepti est charitas.* I. Tim. 1. & per consequens primum est in intentione, quia finis aliorum. II. quia est primum in obligatione ejus, qui legem accipit. quippe incepit observare cetera præcepta, quia ad istud referuntur, longe illi incumbet hoc observare, ad illa referuntur. III. quia primum ordine dignitatis inter cetera constituitur Legem, & quodnam inveniri possit magis proportionate nobilitati animi humani? illud, quae nobilissimum est, quod minus libertatem offendit. & tale est

dicitur. *Diligis Dominum DEUM tuus*. Et quia hoc solum non venit in  
 numerum præceptorum, quæ ab invi-  
 tatis adimplentur. Cetera præcepta non  
 amandi, non adulterandi, non occi-  
 rendi &c. sunt ex genere suo magis  
 stricta, quia impletum possunt solo ri-  
 tare supplicii, quod transgressoribus  
 inveniuntur est. non ita hoc præceptum.  
 Id enim præceptum amandi, quod  
 procede non nisi amando impletur. si  
 tibi quis de nomine tui non amas, at-  
 ter sed non adimples præceptum.  
 Non est actus magis voluntarius amo-  
 ratusque nec herilis magis. quo pos-  
 sit, qui non vider dignitate primum  
 est. *Hoc est primum mandatum.* si  
 tunc actus magis herilis, quam sit  
 amor, ergo nec præceptum, quod re-  
 spectum actum. Tu interim pro-  
 volvitur uana, quantam injuriam  
 DEO facias actum ejusmodi illi sub-  
 tillando, ut eum tribuas vilissimis  
 inter confitiliis! Aliud profecto non  
 meritis, quam ut ille quemadmodum  
 leviter insligat pro pœna, quod  
 sponte uafacis, nempe ne unquam  
 peccus de terra leves. *Quis in foribus*  
 est, *sordescat adhuc.* Apoc. 22. v. 11. si  
 Dominus non tam dilecte præcepisset  
 amorem, summi precibus esset exo-  
 fundus, ut eam tibi dare licentiam,  
 tanta illius est dignitas. quâ igitur ra-  
 sonem non diliges, etiam postquam  
 præcepit dicens: *Diligis, &c.*  
 4. Considera, quemadmodum  
 præceptum istud primum est ordine  
 dignitatis, quam obtinet, *primum man-*  
*datum*, ita primum quoque esse delec-  
 tatione, quam affert. nam si Amor  
 est, qui condit & mitigat, quidquid  
 reliquis inest austeri, quomodo ipse  
 carebit scilla suavitatis? explicari non  
 potest, quantum amando DEO dele-  
 cetur voluntas. delectatur laudando,  
 delectatur honorando, delectatur o-  
 bediendo, sed sine comparatione ma-  
 gis delectatur amando. causam acci-  
 pe, omnis delectatio provenit ex pro-  
 portione inter potentiam & objectum,  
 quis nescit? sed hoc nō sufficit: præ-  
 trea requiritur unio, ita, ut quod ista est  
 arctior, & etiam delectatio major ext-  
 itat. Id in cibo videte est, qui sine  
 dubio sapit palato, ob proportionem,  
 qua inter utrumque intercedit, sed  
 quando sapit maximum: cum palatum  
 cibum sibi arctius conjungit, eum de-  
 bito modo masticando, nec obiter so-  
 lum gustar, & rursus expuit. Jam ve-  
 ro certissimum est objectum magis  
 proportionatum voluntati inveniri  
 non posse præter DEUM, qui cibus est,  
 qui pascat, sed non satiat. certissimum  
 quoque est potentiam magis propor-  
 tionatam DEO inveniri non posse  
 præter voluntatem humanam, quæ est  
 palatum, quod equidem pascat, sed  
 non satiat. unde necesse est arcti-  
 simam unionem talis potentiae cum  
 tali objecto sine dubio maximum af-  
 ferre gustum suavitatis. Talis autem  
 est, quem Amor facit. Tu non ex-  
 perieris, an ita sit: sed interroga tot  
 Sanctos, qui sunt experti. O quomo-  
 do illorum quisque dicturus est: *Fru-*  
*etus ejus dulcis gutturi meo!* Cantic. 2.  
 v. 3. si non experieris, id neque ab

objecto provenire potest, neque à potentia. unde ergo ? à defectu unionis requisitæ. te ipsum impende exercitio amoris, impende contemplationi, impende compunctioni, & videbis. tu vero vix gustas cibum, & resipis. *Fruitus ejus dulcis gutturi meo: non ait Israhel meus, ait gutturi meo.*

3. Considera, quemadmodum præceptum istud primum est dignitate, & suavitate, ita primum quoque esse utilitate. causa est, quia merces, quæ dari solet exequentibus, quæstus potius quam lucrum dicenda videtur. Ratio exigeret nos potius debitores esse Deo, quod dignetur nos admittere ad amandum, quam DEUM nobis. si illum amare statuamus. Ecce igitur grande beneficium, quod DEUS nobis praefecit, cùm dixit : *Diliges Dominum DEUM tuum &c. fecit, ut hic amor esset lege præscriptus: Mandarum:* arque ita securos reddidit hunc amorem fore apud ipsum meritoriu[m] mercedis, de quo prius merito dubitari posse videbatur. In statu Religioso certi sumus non absque merito futurum, si ambulemus, si conversemur, si cibum vel somnum capiamus: quare? quia sicut ista ex obedientia præscripto. Ita post hoc præceptum: *Diliges &c. factum est meritorium amare, quia amando obedimus, ceterum quæ merces debebatur ex natura rei amanti sumnum Bonum: & tamen faxit DEUS, ut etiam urgente præcepto vel sic ames!*

4. Considera rem esse planè obstruensendam, quod non tu solum, sed

tanta pars hominum tam legem adimplendo præcepto, quod non in omnibus antecedit in quocunq[ue] nere *primum mandatum.* Vnde non posse hic perfecte adimplere ut meditatione præcedens quæ sed neque satagit adimplere, quæ potest, ea applicando media, quæducunt; unde excusationem habebit: quæ autem sunt hexamētrorum cipuum hoc est, profundus organus penetrate tantum Bonum, quæ nobis præcipitur. Beati Cœli cognoscunt facie ad faciem: & tantum amant. nobis laboramus ut saltem eminus cognoscamus latores facti illius magnitudini. 16. Istud igitur juxta conditionem tuum esto studium: *fatuus calam. Jer. II. v. 21. cognoscere bis. cererum eriam procil viam quam amabilis est. Quæ ab origine creata sunt, continuo dicunt tales mes.* Cœlum cum stellis summis quid dicit? dicit, ut amet: *Diliges Dominum DEUM tuum &c. fecit aëris, hoc aqua, hoc terra, illa faciunt res omnes ab eo conditæ, quod idenridem hoc præceptum culcent: Diliges Dominum DEUM tuum. si non audias, inde effundere, non attendas. si attenderes, non retrahere, imitari virum illum sanctum inambulans baculo subinde ferre herbas, saxa, stirpes, & flores atque jubebatque, ne tam clara voce clamarent, ut amet, nam s' illi ferendus imparem. necesse igitur re opprimitus, cum ac distractum esse, si non*

petro & audis, & non responde; quod  
te dicam tibi, quod olim Satanus di-  
cerebat ex ore energumeni interrogatus,  
quis esset. Ego sum, inquiebat, sed  
triste ingemiscens, ego sum illa crea-  
tura experts amoris, nec aliud ap-  
posuit.  
\* \* \*

## XXX.

*Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam te-  
ipsum. Mar. 12. v. 31.*

Considera, quam sublime sit hoc  
præceptum amandi proximum, et  
quid secundum, nihilominus  
dicitur simile primo, illi, inquam, de  
DEO amando, de quo prioribus  
monitionibus egimus. *Secundum autem*  
*simile est illi.* si scire desideres, cur pri-  
mum dicatur, ecce capita com-  
pendio perfricta. I. quia obligat  
ut proximum amare DEUM non est  
carum utilitas, ut sunt voluntaria  
Proprietas, aut puritas Virginea, sed  
recognitionis. & ideo non potest tantum  
preferendi ad modum consilii, sed viam  
huius præcepti. sic pariter amare pro-  
ximum. *Hoc est præceptum meum, ut*  
*diligatis unicum, sicut dilexi vos.* Jo. 15.  
II. quia Divinum est sicut primum.  
Amare DEUM non est humana præ-  
ceptionis, sed Divina. *In dextera eius*  
*sicut filius.* Deut. 33. v. 2. & sic etiam  
sunt proximum. *Hoc mandatum*  
*tabernaculum à DEO, ut, qui diligit Deum,*  
*diligit & fratrem suum.* I. Joh. 2. non  
dicit ab homine, dicit à DEO. atque  
ideo huius præcepto debent cedere omnes  
dispositiones humanae, omnes ri-  
tus, conseruudines, & traditiones,  
quando illi directè vel indirectè ad-

versantur. *Obedire oportet DEO magis*  
*quam hominibus.* Acto. 5. v. 29. III.  
quia morale est, sicut primum. Amare  
DEUM non spectat ad Ceremonialia,  
quaे sunt abrogata à Christo in lege  
sua: nec ad Judicialia, quaे sunt miti-  
gata, sed admiralia, quaе sunt confir-  
mata. & sic pariter amare proximum:  
unde Christus magnam partem ser-  
monis in monte impendit, ut id libe-  
raret à sinistris interpretationibus, quaे  
sunt facta, ut perficeret, ut promove-  
ret: aedc ut postremis virtute diebus  
posset nominare præceptum novum  
ob formulam pulcherrimam, quam il-  
li dedit non doctrinā duntaxat, sed e-  
xemplo. *Mandatum novum do vo-  
bis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.*  
Jo. 15. IV. quia est naturale, ut pri-  
mum. Amare DEUM non est præcep-  
tum Divinum positivum, sicut est Ba-  
ptismi præceptum: est naturale; quia  
natura dicit amandum esse à quolibet  
Patre illū magnū & propriū. & sic pariter  
amare proximum, quia natura quoq;  
dicit à quolibet amandum propriū fra-  
trē. *Omnis animal diligit simile sibi.* Ecc.  
13. 19. atq; ideo amare proximum non est  
eatenus bonum, quatenus est præcep-  
tum,